deuolutus sum, propitium rursus promereri dm̄. si haec cogitas & dauid
cum priorib; pariter & nouissima pdidisti &

Non enim sola corporis uulnera si neglegantur inferunt mortem sed & ani
mę similiter; & non tam stulti erimus ut si corpori quidem uulnus eueniat
adhibeamus continuo medicinam. in nullo uero animę uulnerib; medeamur;
& quidem in uulnerib; corporum sunt multa q; sanari omnino non
possunt, & tamen non continuo desperamus, sed in quantum fieri potest ad
hibemus diligentiam, & iam si audiamus a medicis quia huiusmodi uulnus sanare
medicamenta non possunt. Insistimus tam̄ & obsecramus ut aliqua saltim sola
cia nobis medici aliquid sustentationis exquirant, In animę uero uulneribus ubi
nihil est insanabile. Neq; enim anima necessitatem patitur naturę quasi aliae
nascit a nobis eius passio. Sic neglegimus, sic desperamus sic nihil ad animā sollici
tudinem reuocamus & ubi languor ē natura desperationem necessario gene
rat, Nos tamen quasi spei aliquid conferat diligentia, non omittimus curā,
hic ubi nulla est desperandi necessitas, quasi nulla sit sanitatis spes, o in ista
penitus cura discedimus; uides quantum maiori corporis quam animę
amore constringimur. ignorantes quia si animam neglegamus, nec cor
pus saluare poterimus; Non enim anima pro corpore, sed corpus pro anima
factum est, qui ergo quod primum est neglegit & quod inferius est excolit, utrū
que corrūpit, qui uero ordinem seruat & quod primum est colit, & iam
si neglegat quod secundum est, p primi salutem, saluabitur & secundum, qd
ita eē etiam dns & saluator noster docens dicebat, Nolite timere eos qui possunt
corpus occidere, +· sed timete magis eum, qui potest animam & corpus pdere
in gehennam, putas ne agimus aliquid, putas pietatis facimus tibi quod nullus
animae languor quasi insanabilis debeat desperare, aut adhuc necesse est & alias
nos adhibere rationes. & plurib; haec eadem confirmare; Mi here enim si te
met ipsum desperes, Nos tamen numquam desperamus, Neque enim hoc ipsi agimus
in quo alios rephendimus; quamuis non sit idē cum ipse de se quis desperet;
& cum ab alio desperatur; qui enim alium desperet hab& ueniam, qui uero se
met ipsum desperauerit nullam. quia ille non ē dominus mtis alterius, hic
uero sui propositi potestatem ten&. Nos ergo non desperamus quod sit tibi redi
tus ad prioris uitae statum, & ad illas quas in te nouimus animi uirtutes; sed
addimus ad te adhuc etiam haec, Nineuitę audiebant prof&am ex definito
dicentem & comminantem, adhuc tres dies & nineue destru&ur, sed ne sic
quidem animis conciderunt, & hoc cum nescirent an considerent posse exorare dm̄

+· animam autē n possunt occidere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0374